

CAPUT VI.

De lege irritante.

**L**EX irritans ea dicitur quae non solum actus prohibet, verum etiam nullos efficit, declaratque. Porro penes omnes convenit, legislatores posse non solum vetare, sed etiam nullos efficere actus illos quos iudicaverint bono communi repugnare. Expendi autem communi Republicae, sive Christianae, sive civili, quod alias actiones, aliqui contractus non liciti modo sint, verum etiam irriti & nulli. Lex irritans duplex. Alia quae ipso facto nullos efficit contractus; ut sunt professio religiosa, emissio ante legitimam aetatem, matrimonia clandestina, vel inita infra gradus prohibitos. Alia quae iuramentum praescribit irritationem. Prima lex eiusmodi formulis actus irritat. Sic ipso facto nullos, inanes, infectus. Altera dicit: Si hoc modo fiat, irritetur, abrogatur, rescindatur. In priori sensu ante, in posteriori post iudicis sententiam actus nullus est. In iure lex irritans, alia est explicita, quae conceptis verbis declarat, actum ipso facto nullum, inane, irritum: alia implicita, quae non his explicitis, sed acquilientibus verbis declarat contractum nullum; ut quando adicit aliquam conditionem, necessario servandam in contractus celebratione. Conditionis istius omisio nullum efficeret contractum; tamen verbis expressis nullum talem contractum lex non declarasset.

II. Rufus lex irritans alia est *penalis*, quae in eorum transgressoris actum nullum decernit; ut est illa quae matrimonium irritat ob uxoricidium, vel ob adulterium, patrum cum promissione futuri matrimonii, & alterius, quae nullam desinit collationem honorum, beneficiorum; alia, quae non in poenam aliquis privatae personae, sed ob bonum vel commune, vel etiam privatum, statuit actum esse nullum; ut est illa quae irritat contractus delictuososolemnitatis, & conditionibus a lege praescriptis; qui actus, praecisa lege irritante, mali non essent, sed vel indifferentes, vel boni.

III. Ibi communiter defendunt, actus prohibitos nullos esse; & textum opponunt satis perspicuum ex l. Non dubium, cap. de leg. & consil. Principium, in quo haec habentur. *Haec quae lege prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit inutile esse debere quod factum est.* Idque iure canonico confir-

matur. Regula enim huius de reg. iur. in 6. haec praescribit. *Quae contra ius sunt, debent utique pro infectis haberi.* Et iterum *caus. xiii. quae. ii. cap. xi. ii.* haec praescribit, *Imperiali constitutione sancitum est, ut contra leges sunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.*

IV. Textus isti ita perspicui videntur, ut nullam excipiant interpretationem. Verum, & alii textus canonici iuris, & communiter ecclesiastici, & civilis fori oppositum manifeste decernunt. Nam in cap. Ad apostolicam, de Regularibus expresse definitur: *Multa fieri prohibentur quae tamen facta tenent.* Prohibetur matrimonium contrahi ab eo qui simplicis castitatis voto obstrictus est. Et tamen contractum validum habetur. Ante Synodum Tridentinam illicitum erat matrimonium clandestinum, at non invalidum. Leges oppositae nullos actus definiunt, sed non ante sententiam iudicis. Nulli ergo vi adductarum legum actus sunt; quia accedente iudicis sententia, ab illo die quo celebrati sunt, non a die sententiae prolatae, irriti, & inanes intelliguntur. S. Gregorius relata *caus. xiii.* solum narrat, legem imperialem decernere actus prohibitos nullos; quam legem ipse non approbat, neque confirmat, nisi in sensu iam exposito. Et haec est communis Theologorum doctrina. Quando vero leges praescribunt aliquam conditionem servandam in contractu, tanquam (ut ita dicam) formam eiusdem, si conditio omittatur, contractus nullus est. Exemplo res patet. Ecclesia praecipit matrimonium contrahendum coram Parocho, & testibus. Conditio haec ad substantiam contractus pertinet. Quamobrem, ea omisita, nullus est contractus. Prohibet enim matrimonium contrahatur absque declarationibus, aut tali tempore. Conditiones istae accidentales sunt, quibus omisitis, contractus validus est.

V. Quae. I. *Lex irritans obligat ne in conscientia?* Resp. Adfirmans sententia communis est, hoc in sensu; videlicet, actus declaratus irritus licite exerceri nequit: quoniam leges irritantes simul prohibent ne actus peragantur. Heine sequitur, eiusmodi actus, celebratos adversus legem irritantem, nullam parere observantiae obligationem. Quare matrimonium clandestinum nullo vinculo obstringit. Testamentum delictuosum solemnitatis a lege praescriptis, nullam inducit obligationem. Idcirco heres ab intestato nihil tradere obstringitur heredi instituto medio testamento non solemniter. Verum de his plura, dum de testamentis sermo erit.

VI. Quae. II. *Unde colligendum sit, conditiones praescriptas a lege pertinere ad ipsam contractus substantiam, vel ad accidentia?* Resp. Vix regula generalis pro omnibus contractibus assignari valet. Plura disputant Theologi, qui in examini vocari non expedit: quia constituti, ut dixi, regula generalis nequit. Ex verbis legis id colligendum est. Si lex praescribat conditionem servandam, adiecta clausula irritante actum; tunc conditio ad formam substantialem pertinet. Quando conditio servanda post initum contractum praescribitur, accidentaliter reputanda est. Sed haec regula fallere potest, nisi verbis legis consona sit. Idcirco semper verba praecisus oculis habenda sunt, & sincere interpretanda. Saepius eluduntur, quod sint fundatae in praesumptione fraudis, doli &c. Ex quo inferunt, sublata fraude, actus prohibitos non esse irritos. Quae interpretatio plerumque fallax est. Nam legislatores ex longa experientia compertum habent, res ipsa tales, & tales contractus fraudibus, doli, & damni causa obnoxiosos esse. Quapropter legem condunt absolute prohibentem, & irritantem similes actus; qui semper nulli sunt; etiam si aliquo in casu particulari fraus absset. Leges ergo germano in sensu exponendae sunt, missa verborum circuitio.

CAPUT VII.

De lege dubia. Laxiores Probabilitatum opiniones profugiantur.

**Q**uestio proposita, alioquin gravissima, sub calamo discutienda est *Tom. II. Apparatus ad Theologiam christianam Dissert. i.* Quare, ne actum agam, illic leuorem remitto. In praesentia laxas quasdam Probabilitatum opiniones retellam. Dubium est, cum intellectus, expensis utriusque partis rationibus, anceps & suspensus haeret, quin assensum praebet alicui parti. Aliud vocant speculativum, aliud practicum. Penes omnes certum est eum peccare qui practice dubitans operatur. Probabiliter plures institunt super hoc argumento quaestiones. Et primum definiunt, posse speculative dubitantem deponere dubium practicum, & licite operari, quando occurrit probabilis ratio de operationis honestate; cui non officere contendunt dubium speculativum. Dubium quod de aliqua lege oritur, sub diverso aspectu considerant. Nam primo dubitari potest, extra ne lex; & promulgata sit? Deinde, potest existentia legis, dubium oriri valet, an

sub lege comprehendatur casus hic particularis? Tertio, certus de lege dubitare valet, iusta ne sit res praecipua, utilis, vel necessaria ad finem intentum? Quarto dubitare quis potest de legitimitate legislatoris potestatis. Quinto occurrere dubium potest, utrum adimpleveris nec ne legem iustam, & a legitimo superiore latam? Talem dubitare valet, utrum lex incepto obligare, vel an transierit observantiae tempus?

II. Quae. I. *Qui dubitat, existat ne lex, an secus, liber ne a lege est?* Resp. Intrepide adhibere Probabilitate, dubitantem de legum existentia ab observanda lege liberum esse; idque probabilius esse definit P. Dominicus Viva *Tom. I. de leg. quae. iv. art. 2. num. 2. contra*, inquit, *Probabilioristas*. Quod ut evincant, loco primi principii constitunt regulam illam iuris: *In dubio melior est conditio possidentis.* Quoniam (inquit Salmanticensis tract. xi. cap. 11. punct. 6. num. 1. leg.) possessio novus titulus est ad rem, quem non habet alia pars quae non possidet; & cum cetera sint paria, & pro utraque parte dubium detur, illius partis, quae possidet, proculdubio melior est conditio. Ob hoc enim rationem in materia iustitiae omnes asserunt meliorem esse conditionem possidentis in dubio: quia, cum dubium sit circa utramque partem, ille pro quo stat possessio, novum titulum habet, quo caret altera pars quae possessionem caret. Laudant pro hac opinione plures Probabilistas. Ex hac doctrina inferunt communem inter Probabilistas opinionem, dubitantem nempe, utrum lex existat nec ne, liberum a lege esse: quia subditum tunc possidet suam libertatem, quam fe habere certus est.

III. Exscriptam doctrinam Salmanticensium, penes Probabilistas communem, utro admittam nunc volo, & aio, in quacumque materia, sive iustitiae, sive aliarum virtutum, meliorem esse possidentis conditionem. Verum ex hoc principio ineluctabili argumentatione urgeo Probabilitas. Si in materia iustitiae evidens non esset, sed dubia agri possessio, quid tum? An allegari dicta regula possit? Melior est conditio possidentis? Nemo id asseruerit. Certa ergo, & extra disputationem sit oportet agri possessio, ut Petrus citat dubium possessor contra Paulum, qui aequali iure ac Petrus potitur in agrum, super quo si pendet, perseverare in agri possessione valeat. Ottendant nobis Probabilistae, subditos evidenter possidere liberatam adversus leges naturales, divinas, humanasque.



Aqua hic heret; & Probabilitate veluti pices obtusentur. Siquidem homines ratione praediti subditi nascuntur legibus naturalibus, Christiani legibus divinis, civiles legibus civilibus. Certo sciunt homines, de libertate habere. At quantum iudex definit, in dubio leges extant homines evidentur possidere libertatem contra legem? Adfirmant Probabilitate, negant Probabilioritate. Dubia itaque possessio est. Perperam ergo Probabilitate obtrudunt possessionem libertatis adversus leges. Immo, cum priores hominibus leges sint, leges possident adversus hominum libertatem. *Loc. cit. & Tom. I. Hist. Probabilismi & Rigidissimi sulo calamo palam feci, hanc probabilisticam doctrinam insensam esse non conscientiar modo, verum etiam Principibus, & locietatis tranquillitati. Quid quod vel ipsi Probabilitate fementios propis antilogis confitentur? Quando dubitatur, lex Principis iusta sit, an iniusta, in favorem Principis praesumendum esse, vel ipsi concedunt. Porro perinde est dubitare, exilat ne lex, an secus; & an iusta, vel iniusta sit. Lex enim iniusta, lex non est. Ergo quoties dubito, iusta ne lex sit, dubito, existat ne, an secus lex. Verum, ut dixi, aulam agerem, si fulius hac de questione fermonem protraherem.*

IV. Quæst. II. Qui certus de lege, dubitat vero, an hoc in particulari subiectus sit legis observantia, exemptus ne a lege est? Resp. Mutuo bellum gerunt Probabilitate super hac quaestione. Qui laxiora sequuntur, defendunt sententiam adfirmantem. Ex quibus sequitur (inquit P. Dominicus Viva) non obligare legem, si dubitatur de eius sensu, an scilicet hanc casum comprehendat. Eandem opinionem defendit Salas qu. XXI. tract. VI. 11. disp. unic. sect. xxv. art. 3. quia lex improbius possidere dicitur: nec improbius reputat Tapia Lib. IV. quæst. xv. art. 3.

V. Oppositum opinionem, ut probabiliorum, defendunt Salmanticenses loc. cit. num. 112. quia, cum certus sit de lege, & dubites, an tenearis hoc in casu illam servare, lex possidet, & praecedit rationes dubitandi: ergo melior est conditio possidentis. Quemadmodum, si quis certus est de debito, dubitatur de solutione, tenetur solvere: quia creditor possidet ius certum quod amittere hand debet ob debitoris dubitationes.

VI. P. Claudius La-Croix Lib. I. de leg. n. 589. qu. lxxxvi. penult. tenet opinionem Probabilitarum mutuo cægantur, & de more lesorum arbitrio eadem porrigit, ut in favore Probabilissimi, quæ sibi magis arri-

rint, illas eligant. Titulus eius catalogi hic est: Quid dicendum sit in variis dubiis circa leges? Audi eundem responsa, quæ paucis perstringam totidem fere verbis sive summa: quidquid fabulatur plus iusto probabilisticæ doctrinæ amatores nonnulli.

VII. In dubio, an sit nec lex, praesumi potest non esse: quia possessio facti pro libertate. Hæc opinio, ut falsa, reiecta iam est. VIII. In dubio, an sit promulgata, docet Dicaflillo praesumi debere, quod non: quia promulgatio est aliquid facti, quod non praesumitur. Hæc opinio falsa est. Promulgatio conlequitur legem. Ergo certus de lege, nisi habeat evidentes, aut saltem probabiles rationes, oppositum evincentes, praesumat necessum esse legis promulgationem. Advertit tamen, quod, si lex ubi recepta fit, promulgationem precessisse praesumendum est. Necessaria sane admittitur.

IX. In dubio, an lex ubi recepta nec sit, Bonacina, Sanchez, & alii dicunt, praesumi debere, eam receptam esse. E contra Ovidio Azor, Salas, Dicaflillo negant. Videtur tamen esse distinguendum: nam, si sit talis lex, ad cuius obligationem legislator praeparat acceptationem populi, probabilior videtur secunda sententia; si autem lex non indigeat acceptatione populi, prima videtur praeserenda. Videtur potest Moya tract. vi. disp. 1. quæst. 1. num. 14. & 15. Opus Moyæ ab Ecclesia damnatum est.

X. Ut colligas, P. Moyam eadem, ac P. La-Croix, methodo insilire, en quid scribat Moya ille, ad quem te remittit. Inquit eximia loc. cit. „ Si vero dubium esset, an lex „ sufficienter iam promulgata, congruoque „ tempore elapso a maiori parte communitatis recepta fuisset; locum habere posset „ Caramuelis opinio ante decretum Alexan- „ dri VII. in sententia exigente acceptationem a maiori parte communitatis, ut videlicet sit lex; nam in hoc dubio legem non obligare in conscientia, si penaliter sit, tradunt Azor, & Salas, quorum opinionem probabiliam esse propter eorum auctoritatem, & rationem dicit Illustrius, ac Reverend. Mag. Tapia Archiepiscopi. . . . Hilp. cui consentiunt Diana, Escobar. . . . Praepositus, „ Nam in dubio, an lex fuerit ubi recepta, „ praesumendum est non esse: eo quod „ penes mitior pars sit eligenda. „

XI. Vides, qua exquilita arte introdunda sit damnata Caramuelis doctrina? Deinde ipse absolute sententiam firmat, dum dicit, Nam in dubio &c. Immo sequenti num. 15. citato sic pergit. „ Et absolute loquendo id probabile „ bile

bile putant alii, quibus adheret Magister „ Serra. „ Totum opus Moyæ conlancina- „ tum est ex laxioribus Moralitarum opinio- „ nibus; idcirco ab Ecclesia damnatum. Et ad „ talem magistram passim remittit P. Clau- „ dius La-Croix. Serra, La Cruz, Zanardi, „ quorum opiniones laxas passim transcribit P. „ Moya, Dominicansi sunt. At ego eoque Do- „ minicanorum, ac exterorum falsas impro- „ bationes, ut omnibus iustis rerum attima- „ toribus compertum sit exploratumque, me, „ non partium, non simularis, sed propiciendi „ Christianorum saluti studio hæc scribere. Quid „ enim demerent, quam ob vanam futilem „ queorundam domesticorum Scriptorum exi- „ stimationem defendendam errores fucare „ moraleque christianam corrumpere? Satis „ consilium Scriptorum existimationi, & pi- „ etati, si dicamus bona fide pioque zelo er- „ rasse, dum opinionibus falsas quas ipsi veras „ credebant, profugamus. Qui quamlibet do- „ mesticorum opinionum ab errore immunen- „ progrogare conentunt, ne indistincti splen- „ dor tantillum obtinebret, in magno, mea „ quidem sententia, versantur errore. Sed de „ hoc plura in loco. Regrediamur ad P. La- „ Croix.

XII. Sic ergo persequitur suum censum. In dubio, an consuetudo sit inducta ex devotione, an ex animo se obligandi, putant Azor, & Reginaldus praesumendum esse, quod inducta sit ex animo se obligandi. Contra Diana, Pasqualigus, alicque multi cum Sanchez probabilibus dicunt, praesumendum esse, quod sit inducta ex devotione tantum, sicque non obliget sub peccato.

XIII. In dubio, an legem ferens sit legitimus superior, v. g. an legitime sit electus nec ne, Sanchez dicit, subditum teneri obedire. Contra Mendo, alicque docent, non teneri. Ovidio probabilis sic distinguit. Si superior habeat possessionem sui officii, subditus tenetur obedire; contra, si nullam officii possessionem acceperit, subditus poterit non obedire.

XIV. In dubio, an superior potestatem habeat hoc imperandi; aut hoc, quod imperat, potestatem ipsius excedat, Diana, Ovidio, alicque apud Mendo defendunt, ut probabiliter, subditum non teneri obedire; sed Sanchez late ostendit oppositum.

XV. In dubio de iustitia legis, zliqui apud Dianam cum Dicaflillo dicunt, probable esse, quod subditus non teneatur obedire. Sed Ovidio dicit, oppositum non esse certum.

XVI. In dubio, an lex contineat præceptum, vel tantum consilium, aut exhorta-

tionem, dicendum est posterius, ut notant Sanchez, & alii. Similiter in dubio, an lex obliget sub mortali, aut sub veniali tantum, tenendum est obligare sub veniali tantum, quia libertas est in possessione: protaque sive libet, leges omnes humanas, etiamque divinas benigne interpretandas. Hinc sententiam nostram tenent Nazarius, Sanchez, Diana contra Laymannum, & alios apud eundem Dianam. Apud Dianam legit La-Croix, apud Dianam P. Viva. Opera Dianæ sunt omnium mercium officine, licet damnatae propositionibus tateant. Et Auctor iste passim ut magister laudatur. Sed pergit P. La-Croix.

XVII. In dubio, an sit, vel non sit causa sufficiens exculans a lege, Salas putat, non esse obligationem, si lex sit molesta: quia favendum est libertati, quantum possimus. Num. 598. quod Dicaflillus dicit non esse improbius. Vin, beneficiaria? At nos hæc appellamus omnium laxitatem tantam. Sed, subdit Auctor nos, alii oppositum tenent.

XVIII. Hæc paucæ delibafufficiat, pluribus omissis. Hæc methodus probabilistica, quam pyrrhonicam vocare soleo, in christiana exponenda Theologia mihi summo per semper displicuit. Nam vi Probabilissimi omnes recentitate opiniones probabiles sunt, licet oppositæ: quoniam nullam, ut fallam, aut improbiabilem, Auctor explodit. Lectorem delectus omnes porrigit. Quid iuvat, quod interdum dicat, hanc esse probabiliorum, alteram minus probabilem; cum apud ipsam securitatem opinio minus probabilis regula conscientiae? Si in hac methodo exagitantia fallimur, ceteri iudicent. Iudicia nostra leges non sunt, quæ obligationes vim imponant. Immo omnia que scribimus, sapientium in dicio ex animi sententia supponimus. Quod aliquid inelamaturum sit, nos invidiam aut simulatam periculis adversus vel Auctorem, vel Institutum hæc scribere, nihil pendimus. Deus est qui iudicat, non homo. Auctores omnes, eorumque Instituta colimus; & ea resellimus que Christianorum aeternæ salutis officere existimamus. Si quis aspicietur, nos minus sincere repræsentatæ eorum opinionum, contextum a P. La-Croix, eius opus omnibus patens legat. Utinam, quemadmodum ab inventa, & simulate, ita ab errore immunes inveniremur. Erroribus, deceptio- nibus, illusionibus nos obnoxios esse iuro haecmur. Veram ne alii errandi occasionem præbamus, illos admonemus, ne nostræ abique examine amplectantur: illoque rogamus, & obtestamur, ut si quid minus re-



sum, minus pietati consonum, aut plus iusto rigidum offenderit, velint illud non modo repulere, sed refellere, & profigare; & univerſam christianam Rempublicam admonere, ne deceptum fuiſſe. At iniquit: Quid opus erat reſcribere continent opinio- nem quas congeſſit P. La-Croix? Ut com- pertum ſectoribus facerem, qualis fit metho- dus probabilistica, qua ſuper eadem omnino actione duas, & quidem directe oppositas, vias eundi ad celum patefacit. Idcirco ad- monendos necellario exiſtimo, ut hac metho- do, & doctrina abſtineant, cauſque ſint in legis diſſimilibus libris.

## CAPUT VIII.

An ſubſtancia mortis, aut gravis damni periculum ab obſervanda lege eximat?

I Super expoſita quaſtione varia ſunt Au- ctorum placita. Plures defendunt, om- nem legem iuſtam, ſive divinam, ſive hu- manam, temper obligare; etiamſi aliquod grave damnum, immo mors ipſa ſubeunda eſſet. Quam ſententiam acriter defendunt Coletanus, Dorantius, & alii. Altera ſententia iuſtinet, nec humanam, nec divinam legem obſtringere, quando foret gravis da- mini, fame, amiſſionis bonorum, aut mortis oppetenda periculum. Utraque ſententia per extrema graditur.

II. Ut quae veritati propinqua exiſtimo, in medium promam, nonnulla certa praemittam opus eſt. Quae ſua natura intrinſice mala ſunt, lege naturali, & divina prohibita, ut meſtrici, fornicari, pererare, blaſphemare, & id genus ſimilia, obligant ſemper, & in omni circumſtantia, etiam cum vita periculo: malum enim nunquam perpetrandum eſt. Quando res praecipua natura ſua mala non eſt, ſed ideo mala evadit, quia prohibita, absolute cum vita iactura, aut gravis detrimenti periculo non obligat. Ideo praecipua non comedendi carnes dies veneris, ieiuniorum, ſectorumque obſervatio, & ſimilia non urgent; ſi eorumdem obſervantia mortem, aut grave detrimentum inferret. Tunc vero mandata illa cum vita periculo obligant, amifſionis obſervantia bono communi necellaria eſt. Comellura carnis die veneris cedit in religionis chriſtiana contemp- tionem, & ſcandalum: tum cum mortis periculo ſervandum praecipuum eſt. Quan- do autem eiſmodi legum obſervatio ſit nec- ce bono communi necellaria, regula confi-

tui generalis nequit; ſed ex circumſtantia- rum varietate colligi id debet, prudentum- que iudicio definiiri. Quibus poſſit.

III. Lex humana, ſive eccleſiaſtica, ſive civilis, absolute non obligat cum vita; aut infamia, aut bonorum amiſſionis periculo. Quoniam eiſmodi leges praecipere ea nequeunt quae iuri naturae obſunt. Iure autem naturae homines tenentur absolute prop- riam ſervare vitam, famam &c. Ergo eiſ- modi leges non obſtringunt, dum talia mala imminet. Contingere vero circumſtantiae poſſunt in quibus, ut dictum eſt, etiam iſtae leges cum vita diſcrimine urgeant; ut quan- do illarum tranſgreſſio graviter bonum com- mune laederet. Legiſlatores enim humani poteſtate praediti ſunt ea imperandi quae necellaria ad bonum commune Republicae iudicantur. Iubent Principes ſubditis excubias agere, dum obſidetur civitas, puram civi- tatis culodire. Parere ſubditi debent, licet vita periculum imminet. Graſſante tamen in civitate, Parochi ex officio inferre agro- tis aſtringunt. Non ſufficiunt iſti, aut iniquitate ſua implere officia propria nequi- gunt: iubet Epilcopus Sacerdotibus, qui vi officii non ſunt huic miniſterio ſubditi, ut agroſis aſſiſtant: cum vita periculo parere ſuperiori debent omnes, & ſinguli, quibus ſuperior praecerit. Quoniam, cum ſint omnes absolute exempti, non eſt maior ratio cur iſte potius quam ille ſubditi Praelati imperio ſit. Omnes ergo in hoc caſu & ſin- guli obſidere aſtringuntur. Alioquin, ſi ſin- guli cedere poſſent: Cur ego, & non ille- iam necini imperare Epilcopus valerem. Ratio obvia eſt. Legiſlatores humani ea praeci- pere iure valent quae bono communi aut Republicae, aut religionis expedire cogno- ſcunt: Dictarum legum obſervatio expedit, immo necellaria eſt bono communi tum Re- publicae, tum religionis. Ergo praerant in iſis eventibus ſubditi legibus eiſmodi oportet. Haec ſententia communis.

IV. Dictum haecenus eſt, quid vi praecipii ſuperioris praerare teneantur illi qui liberi ab omni officio, vel dignitate ſunt. Nunc, quid agere ex caritate lege poſſint, explicare de- bemus. Convenit penes omnes, quae libet poſſe caritatis, & cuiuſcumque virtutis amo- re exponere propriam vitam mortis periculo. Poſſet quilibet Sacerdos, & Chriſtianus luc inſectis ſervire: poſſet quique caſtratus amore abſtinere a matrimonio necellario vi- ta ſervanda: ex amore pudicitiae, ſeu ca- ſtratus negligere verendum curacionem: licite vales donare in naufragio tabulam ſa-

tri,

tri, & omittere tui deſenſionem: denique cuiuſcumque virtutis ſtudio ſuccenſus potes, ut dixi, tuam vitam mortis periculo expo- nere, ut docet S. Thomas in *IV. diſt. XXI/VII. quaest. II. art. IV.*

V. Iſtae leges, tum divinae, tum natu- rales, ſuae habent exceptiones, in quibus ob- ſervantiae obſervationem ſuſpendunt. Lex natu- ralis ſolum vetat; at excipit necellariae extremae caſum: vetat homicidium eadem lex, excepta necellaria deſenſione ab iniſſo aggreſſore. Secreti custodia eſt de iure natu- rae: at, quoties ſilentium grave detrimentum interet Republicae, naturae lex oppoſitum praecipit. Plura iuſſit Dominus in lege ve- teri, quorum obſervantia non urgebat, periculo mortis imminente. David ſanctus, ut mortem vitaret, prohibitis divina lege propoſitionis panes manducavit. Fortitudo Machabaeorum praerant in ſabbato ob vite de- ſenſionem laudatur; licet praerant tali die veſtitum eſſet.

VI. Dio adverſus ea quae haecenus dicta ſunt, opponit illi qui contendunt, absolute leges humanas cum mortis periculo obli- gare. Moniales, etiam ſervandae vitae cauſa, nequeunt & clauſura egredi. Carthufiani cum mortis periculo abſtinere a carni- bus debent. Reſpond. Neutra oppoſitio quid- piam caſcit non prior. Nam lex ipſa excipit tres eventus, in quibus ob mor- tis periculum egredi a monaſterio Sanctimo- niales valent. Primus eſt incendium, inun- datio, hoſtium incurſio. Alter eſt lepra, ſeu alius morbus qui ceteras moniales in- fectores. Tertius eſt peſtis. Quos caſus ex- cepit S. Pius VI. in Bulla quae incipit *Dei*, & *bonifati*. Tres alios caſus invenit con- ſuetudo, accedente proprio Praelati approba- tione. Primus, quando tranſferenda Monia- lis eſt ad aliud monaſterium, ut illud regat, vel obſervantiam regularem introducat. Alter, quando in proprio monaſterio corri- pi nequit de perpetrato delicto. Tertius eſt, quando alio in monaſterium tranſferri debet. En quomodo leges iſtae temperant obliga- tionem ad vitandum mortis periculum. At quid, ſi medicorum iudicio deſiniretur quod Monialis graviter agrotans ſanitatem recu- peratura eſſet & clauſura tranſata? Primum hoc medicorum iudicium fallax eſt. Cete- rum iure legiſlatores prohibere, Moniales ob hanc cauſam egredi & clauſura, ut tolle- rent ocaſionem plurium egreſſum. Idcirco ad haec evitanda abſtarda quae ſummopere noxia eſſent bono communi tam ſancti In- ſtituti, clauſura reputata ſuit huic bono com-

muni necellaria, quae praevalere debeat hu- ius aut alterius Monialis vitae, admiffa etiam hypothefi valde rara, quod egreſſus ſani- tatem reſtitueret.

VII. Carthufiani, deſtituti omni cibo, ne fame perirent, caribus velci tenerentur; etiamſi peccati voto ab earumdem elabi- tinere deberent. Dum vero alii cibi praerant, abſtinere a caribus debent, etiamſi (quod raro accidit) mors ſubeunda foret. Quoniam lex illa de perpetua abſtinentia a caribus tantum ſplendoris offert ſacro illi divinoque Inſtituto, ut etiam in caſu mor- tis, huus aut illius Religioſi vitae praerenda ſit bonum commune. Plura haec de Theologi diſputant, quae utpote non necellaria, praerant.

## CAPUT IX.

De voluntate, ſeu intentione necellaria ad implendam legem.

I. Praecepta legis, alia ſunt negativa, alia poſitiva: alia per ceſſationem ab opere vitato, non *facienda*, non *machaberi* &c. haec per executionem operis, ſeu per actum poſitivum implentur. Duplex diſtingui- tur voluntatis actus in lege poſitiva implenda. Alter intentionis, quo voluntas intendit praecipuum implere; alter imperatus, quo res praecepta executioni demandantur. In- tentio implendi praecipuum necellaria eſt: quia actus quo lex impletur, humanus, ſeu deliberatus ſit oportet. Ut autem actus eiſ- modi ſit, ab intentione agendi procedere de- bet. Quomobrem qui audiret Miſſam, qui officium perſolveret, omni intentione ſubla- te exequeretur nec praecipuum, minime debito ſuo ſatisfaceret.

II. Heine interer, praecepta negativa non futandi, non mechandi, impleri poſſe abſ- que intentione, & libertate. Quare, ſi quis etiam coacte non futaret, non mecharet, non fornicaret, praecepta impleret. Contra, cum praecepta poſitiva exigunt pro obſervantia poſitivus actus humanus, necellum eſt ut hi deliberati ſint: & qui coacte exequeretur actus a praecepto poſitivo iuſſos, minime praecipuum impleret.

III. Adverttas tamen velim, aliam eſſe in- tentionem, qua intenditur praecepti obſervantia; aliam, qua intenditur executio rei prae- cepti. Rurſus alia eſt intentio expreſſa, alia intentio interpretativa. Quibus conſtitutis, ſequentibus quaſiſimulculis, quod propoſitum, reſolvitur.

IV.



IV. Quæst. I. *Necessaria ne est aliqua intentio vel expressa, aut virtualis adimplendi præceptum; vel sufficit intentio ponendi præceptum?* Resp. Convenit penes omnes, non requiri intentionem expressam adimplendæ legis. Idque conceptis verbis docet S. Thomas 2. 2. quæst. civ. art. 3. ad 2. *Licet actus virtutis cadat sub præcepto, potest tamen aliquis implere actum virtutis, non attendens ad rationem præcepti.* Quod ad intentionem interpretativam attinet, disputant in utramque partem Theologi. Quam intentionem interpretativam considerant lub duplici aspectu. Primam appellant negativam: puta, dum quis attendit Missam audit præceptum ignorans; hunc satisfacere præcepto committere docent Auctores: quia virtualiter audit voluntas illud implendi. Alteram positivam vocant, ut dum quis sciens esse legem, positivam intentionem eliceret non adimplendum legem modo actu quo aliquo lex impetur. Quæ sententia clarius hoc pacto exponitur. Deliberate audis Missam die festo, deliberate recitas officium divinum; ad simul elicit actum quo intendis non adimplere præceptum. Theologi plures hunc non implere præceptum asserunt. Quoniam, inquit, necessaria est intentio, saltem virtualis, & interpretativa satisfaciendi præcepto. Porro ille qui expresse deliberaret se nolle satisfacere, hanc intentionem interpretativam non haberet. Ergo non satisfaceret præcepto. Idque confirmant, quod auditio Sacri in die festo, recitatio officii divini, non modo religionis, sed obedientiæ etiam officia sunt. Necessaria ergo voluntas est, qua superiori obediat. Exemplum rem confirmat. Debes esse iustitia Petro centum; quam summam ex liberalitate eidem donas: asfringeris postea solvere debitum ex iustitia.

V. Opposita sententia ait, hunc satisfacere præcepto audiendi Sacri, perolvendi divini officii, qui deliberat audiens Missam, recitans officium, expressam voluntatem habere non satisfaciendi præcepto. Fatentur tamen hunc peccare, si in voluntate perseveraret non adimplendi præceptum toto tempore apto ad præceptum exequendum: non quod violet præceptum audiendi Sacrum, recitandi officium, ieiunandi &c. sed quia præceptum naturale, quo hæc voluntas non implendi præcepti vetatur, infringit. Itaque si toto illo die quo præceptum urget audiendi Sacri, perolvendi officii &c. quis velit, Missa audita, officio peroluto, ieiunio peracto, his actibus implere præceptum, re ipsa implet; nec tenetur aliud recitare officium; aliam

illo die audire Missam. Si tamen tempore congruo pro observantia præcepti non recitaretur voluntatis contrariæ, non peccaret. Quoniam, inquit Theologi illi, lex iubet rem exequendam, videlicet Sacrum audire, officium perolvere; secus animum implendi præcepti. Et quoties res præcepta ponitur, habetur obedientia materialis sufficiens ad evitandum peccatum. Hanc sententiam defendunt Salmanticenses tract. xi. cap. 11. puncti. 8. num. 145. & pro eadem laudant Castropalaum, Suarez, Valentiam, Sanchez, Lessium, Bonacinam, Avogonium, & alios.

VI. Hanc disputationem rejicio inter illas quas vanas & frivolus appello. Nam, excepto casu quo vir scrupulosi exagitatione advertens, seu timens cum debita attentione se non implere debitum suum in recitando officio, audiendo sacro, deliberaret se nolle hoc actum satisfacere præcepto, sed aliud audire Sacrum, iterumque recitare officium constitueret; excepto, inquam, hoc casu, in quo quid sit agendum, in regulis pro evitandis scrupulis dictum est, quæstio proposita verbis ludit, & occasionem vitilitandis arripit. Nam quis ratione præditus præfatos hos duos pugnantis actus eliciet? Quis tam stultus, ut velit peccatum committere, dum actum virtutis exercet? Nam qui constituit se nolle hac audicione Missæ, hac recitatione officii implere præceptum, vel deliberat aliam audire Missam, aliud recitare officium, vel definit se reapse nolle toto illo die adimplere præceptum, licet deliberat rem præceptam ponat. Ergo in primo casu non modo permittitur, & obligatur declararem (auti aliquis obliaret scrupulosi alicuius circumstantia) ad audiendum aliud Sacrum, recitandum aliud officium, sed in secundum sui officii actus tertiam Missam audiendam, tertium officium recitandum (ut ita dicam) imponerem. In secundo casu hominem reicerem, ut dementem, tamquam qui velle peccare, ut peccaret: nam rem præceptam attente & diligenter exequitur, urgente præcepto: & præceptum implere recusat? Delirium hoc mihi apparet. Sed inquis: Si re ipsa similis reperiretur stultus, quid sententia ferret in ipsum? Ad aliam audiendam Missam, ad aliud recitandum officium obliarem, ut peccati poenam lucret.

VII. Quæst. II. *Ut quis satisfaciatur legi, debet ne finem legis intendere?* Resp. Finis legis alius extrinsecus, & est ipsa res præcepta; alius extrinsecus, & est id in quod legislator rem præscriptam dirigit. Sine primo consistere res præcepta nequit. Abque posteriori sub-

## CAPUT X.

*De pluribus præceptis eodem actu implendis; & de impedimentis que aut opponuntur, aut non remouentur, ne lex impletur.*

I. Quæst. I. *Impleri ne uno actu plura præcepta videntur?* Resp. Primum omnium excipienda sunt iustitiæ mandata. Nam certum est ne posse uno actu implere præceptum solvendi centum aureos ex contractu, & restituendi centum aureos debitos ex furto. Certum quoque est plura præcepta eodem die occurrentia, quæque super eandem materiam cadunt, unico posse impleri actu. Sic eadem Missæ auditiõne satisfaci præcepto diei dominicæ, & præcepto alterius Sancti eodem die recurrentis. Eodem ieiunio satisfaci præcepto quatuor temporum, & præcepto quadragesimali. Sacerdos Beneficiarius una officii divini recitatione satisfaciit & ordinis & beneficii mandatis, & sic de aliis similibus. Hæc omnia communia sunt, & certa.

II. Quando autem præceptum superveniens cadit super eundem actum, tum legislatoris intentio examinanda est. Nam superior potest abique dubio aliquod præceptum imponere peculiari, & distincto actu implendum. Et re ipsa quando superiores aliquod præceptum imponunt ex novo, & singulari aliquo rationis momento, tunc distincto & singulari actu implendum est. Edidisti votum ieiunandi. Confessarius tibi in calparum poenitentiam ieiunium imponit. Advenit præceptum ecclesiasticum ieiunandi. Tria ieiunia necessaria sunt. Si confessarius iubet ut Missam ter in hebdomada audias, non potes inter hos actus numerare auditiõnem Sacri diei festi, nisi Confessarius id exprimat. Contra, si Confessarius inbeat ut per mensem audias Missam singulis diebus, tum comprehenditur etiam dies festi.

III. Quæst. II. *Satisfieri ne potest eodem tempore diversis præceptis?* Resp. Quando præcepta eodem recidunt, communis Theologorum sententia affirmat. Vales igitur eodem tempore audire Missam, & perolvere horas canonicas, vel poenitentiam a Confessario impositam agere: quoniam hæc duo præcepta eundem finem habent; nec attentio ad divinum officium impediat attentionem ad Missam. Quid, si Confessarius pro poenitentia præscriberet tres Missas audiendas? Posses ne eodem tempore omnes audire? Adfirmat P. Sanchez *Lid. I. cap. xvi. n. 11. cui*

R non



non repugnant Ledefima, & Salmanticenfes tr. xi. cap. 11. punct. 9. num. 153. Sed hec opinio mihi improbabili omnino est, quia legem circumventam immo eam deludat. Confessarius qui tres audiendas Missas prescribit, maiorem se imponere penitentiam intendit quam si unam, aut duas iuberet. Porro tres Missas eodem tempore audire non est maior penitentia quam unicam audire. Nemini Christianorum, lumine naturali iudicanti, hec castissima opinio in mentem veniret. Vix ego consulerem absque peculiari necessitate ut quis eodem tempore & Missam die festo audiret, & horas canonicas persolveret. Contrariam sententiam, urpote communem, non improbo. At qui tam severa oeconomia tributa Deo debita solvunt, nescio quo animo divitias misericordiae divinae copiosas sperare valeant. Die festo non satisfacit quis praeccepto audiendae Missae, dum sua consistit peccata.

IV. Alteram casuisticam opinionem, quam docent *Banovius, Escobar, Bonanina, & Leandrus a SS. Sacramento*, te videlicet posse plures Missas partes simul audire a diversis Sacerdotibus, ab uno usque ad consecrationem, ab altero usque ad finem, & praeccepto satisfacere, damnavit Alexander VII. Satisfacit praeccepto Ecclesiae de audiendo *Sacro* qui duas eius partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audit. Hinc collige eo plures recentiores Theologiam casuisticam dirigere, ut vim legum extenuent zelo minuendi peccata. At nunquam abundantius peccatorum torrens inundavit Christianissimum quam post inventam Theologiam probabilissimam.

V. Quaest. III. Peccat ne qui impedimentum apponit, ut a lege implenda liber sit? E. g. voluntarie infirmitatem contrahit eo animo, ut a ieiunio liber sis, aut ab alio praeccepto. Respondent Salmanticenfes *tr. xi. cap. 11. punct. 9. num. 164. hic verbis.* Satis tamen est probabilis, & ab intrinsicis forte probabilior sententia negans in tali casu peccare: quia eo ipso quod aliquis extrahatur ab obligatione legis, seu lex illum non obligat (sive hoc bona fide, sive mala intentione, sive licite, sive illicita factum sit) est incapax delinquendi in effectu contra talem legem: ergo, ex quocumque motivo ponat impedimentum, quod ipsum extrahit ab obligatione ieiunii, non peccat contra ieiunii praecceptum; sed utitur iure suo, quo potest exonerari a lege, & extrahi ab obligatione illius. Pro hac sententia laudant utrosque *Sanchez, Fallucium,*

*Azorium, Fagundes, Villalobos, Salmanticenfes Scholasticos tract. XIII. de peccatis dub. 6. num. 103.*

VI. Haec opinio non modo intrinsecus nec probabilior, nec probabilis est; sed ledit sensum communem. Qui impedimentum apponit, ne legem servet, eodem tempore simul animum habet non servandi legem: idcirco enim, ut fatetur contraria sententia, impedimentum adicit, eoque animo, ne legem servet. At qui animum habet non servandi legem, contra legem peccat. Respondent arguti adversarii, hunc non habere animum non servandi legem, sed animum liberandi, & subducendi se legis observationi. Callida sane & veritata cavillatio. Ecur studet se a legis obligatione extrahere, nisi eo animo ne legem servet? Si Christiani bono praediti sensu, similes audirent argutiones, scandalum perferret. Et tamen eiusmodi ratiocinia per totam recurrunt Theologiam casuisticam. Peccant ergo dubio procul omnes contra praeccepta quorum observationem declinare impedimentorum appositione student. Quoniam lex quae officium imperat, simul vetat id omne quod cum eodem pugnat, atque adeo impedimenti appositionem. Alioquin ludicra lex esset.

VII. Quaest. IV. Peccant ne contra praecceptum qui impedimenta non remouent, dum sine gravi damno possunt? Respondeo. Sententia adfirmans vera est: & opposita falsa, nulla freuens probabilitate. Quandoquidem legislator, qui finem imperat, simul media ad finem necessaria praescribit. At non adiciere impedimenta, aut eadem removere, cum facultas adit, media sunt necessaria ad finem. Ergo praeranda sunt ab eo qui sincere vult legis observationem. Peccant ergo ii omnes, & quidem fraudulenter, qui pila ludunt, qui formicantur, ne defatigati ieiunent: qui inebriantur, ne Missam audiant, aut horas canonicas persolvant: peccant, inquam, contra praeccepta ieiunandi, audiendi Sacri, recitandi officium.

VIII. Quaest. V. Qui non potest totum implere opus praecceptum, astringitur ne partem quam potest exequi? Resp. Sententiam adfirmantem sulo calamo demonstravimus in opere inscripto *La Quaresima Appellante*. Quare paucis nunc rem expediemus. Quando dividuum est praecceptum, semper qui non valet totum, implere quam potest partem debet. Tum autem dividuum praecceptum dicitur, cum singulae partes sigillatim acceptae fini a legislatore praestituro conducunt. Sic, quia in qualibet horarum canonicarum recita-

citatione, in unica comestura, aut in sola abinentia a carnibus relictis finis praecceptorum ieiunii, & horarum canonicarum; ideo qui nequit totum officium, partem persolvere, qui nequit & unicam comesturam, & abinentiam a carnibus servare, alterutram quam valet partem exequi debet. Quapropter iure sequentem propositionem damnavit Innocentius XI. *Qui non potest recitare matutinum & laudes, potest autem reliquis horis, ad nihil tenetur: quia maior pars trahit ad se minorem.* Futile est quod obiciunt, accessorium legi principale, quando ambo sunt dividua. Tum valet dicta regula, quando ambo individua sunt, sine a lege intento spectato.

IX. Quaest. VI. Quando duo occurrunt praeccepta quae simul servari nequeunt, quid agendum? Resp. Conferenda invicem praeccepta

sunt, & quod gravius est, atque praerantius, praeferi inferiori debet. Praeciptum naturale voluntarium, voluntarium divinum humano, humanum canonicum civili, & mandatum supremi Principis, interioris legislatoris praeccepto, & tandem affirmativum negativo praerire debet. Res perspicua ex se est. Naturale est de rebus absolute necessarium. Deus superior homine est, & Princeps supremus Principe inferiore. Praeciptum excellentioris virtutis anteponendum est praeccepto virtutis inferioris. Hinc praeciptum caritatis, quae est omnium virtutum forma, antecedere debet alias virtutes. Negligentia ieiunii, praes, auditio Sacri, & cetera eiusmodi, ut caritatis officia erga proximum graviter, non leviter tua ope indigentem exerceas, quando omnia simul praestare nequeas.

# DISSERTATIO VI.

DE LEGIS CESSATIONE, INTERPRETATIONE, DISPENSATIONE, ET CONSUETUDINE.

## PRÆLOQUIUM.



DISSERTATIO haec plura comprehendit gravioris momenti, & difficilioris resolutionis ob caluicias subtilitates, & laxitates: idcirco severiore indiget examine. Omnia de more expendam, utriusque extremis & Rigorismi, & Laxismi declinatis. Nil frequentius in ore, & in calamo Probabilistae habent quam cessare legem cessante fine. Hanc propterea quaestionem loco primo expendam. Opiniones quae mihi videntur laxae, severo sileo de more perstringam, salvo obsequio auctores. Fucus Probabilissimi aqua dulci ablu nequit, sed acri, falloque liquore abstergi dumtaxat potest. Fucus iste plus lectoribus, qui delinere legis rigorem capiunt, quam cerussa famulis, quae occultare deformitatem student, placere solet. Et haec est unica & sola causa cur fuenter acetum oleo infundimus, quo efficacius inveteratas laxitates expungere valeamus. Eodem sileo errata nostra confundant alii.

### CAPUT I.

*Improbabilis, & laxa est plerumque Probabilistarum opinio, qua defenditur, non obligare legem, subalio eisdem fine in particulari.*

I. FINIS legis duplex: intims unus, extims alter. Primus est ipsa rei praecipua honestas. Secundus est quem legislator

intendit. Hic considerari duplici ratione potest: quandoque enim iunctus est fini intrinseco, & quandoque seiunctus ab illo est. E. g. ieiunii, cuius res praecipua iuste natura honesta est, finis primus & intrinsecus est temperantia, quam consequitur carnis mortificatio; creationis intims finis religio est: quare legislator praecipiens ieiunium, non potest non intendere temperantiam, mor-